



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 13. Magni ac multi aquarum laudatores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

Iym. Ca- sine pretio, esse pretiosam. Atque ut videat  
 tech. 3.  
 Plat. in esse pretiosam; aquā cælum potest emi. Hoc  
 Euthyd. ipse significat cæli Conditor, dum ait: *Qui  
 cung<sub>3</sub>, potū dederit uni ex minimis istis calicem*  
 Marth. *aqua frigidæ, tantūm in nomine discipuli, ames*  
 10. 42. *dico vobis, non perdet mercedem suam.* Et hoc  
 Iob. 22. 7. obijciet, quibus cælum negabit: *Aquā lajſ  
 non dedisti.* Nemo de vilitate accuset, quod  
 potest esse cælo dignum.

## §. XIII.

*Magni ac multi aquarum laudatores.*

Tanta hæc sunt aquarum emolumenta,  
 alia in homines, alia in pecudes deriuata;  
 Vitruv. vt qui, apud Ægyptios, olim sacerdotia ges-  
 lib. 8. cap. ferunt, ad demonstrandā aquæ vim ac præ-  
 4. stantiam, quoties hydriam tegerent, ad res  
 sacras pertinentem, humili procidentes geni-  
 bus, & manibus ad cælum obuersis, diuinis  
 ob eius inuentionem, largitati gratias per-  
 soluerent. Simile quid & Sancti fecere. Eo-  
 rum enim vnuſ dixit: *Dominus super aqua*  
*multas.* Et rursus: *Dominus regit me, & nihil*  
*michi deerit; in loco pascua, ibi me collocavit.*  
*Super aquam refectionis educavit me.* Alij, in  
 medijs ignibus, cecinerunt: *Benedicite aqua*  
*omnes, quæ super calos sunt, Domino, laudate &*  
*superexaltate eum in sacula.* Cygni, cùm na-  
 tant,

tant, alis plaudunt. Exiliunt ipsi pisces, ex vndis, in sublime. Et, quasi luderet citharà Arion, feruntur ipsi etiam identidem Delphines, velut per chorū saltitare. Ad eundem modum, conspectâ aquarum planicie, claritate, venustate, Sancti animis exultant.

*Pulchra sanè est species huius elementi,* ait S. Ambrosius, *vel cùm surgentibus albescit cumulis, ac verticibus undarum, & cautes nivea rorant aspergine;* *vel cùm aquore crispanti clementioribus auris,* *& blando serena tranquilitatis purpurascen tem prefert colorem.* In operre hoc artifex operis laudatur. Quare & Constantinus Magnus affirmauit, *jugem & continuum fluiorum ex aqua, per occultos illos Dei manu firmatos tubos decursum, nocte dieq; non intermittentem, plurimum habere admirationis, voluisseq; Deum, in refluxissima, aeterna & perpetua vita imaginem mortalibus obijcere.* His de caussis aqua laudabilis, potest, debet, & solet laudari à gratis, & beneficia agnoscētibus. Et tamen scimus, quām vociferati sint lamentabiliter quidam, ut sibi videbantur Heroës, deplorantes, cum Agamemnon Argynum, & cum Theodamante, Hercule, ac nautis, Clamantes, ut littus Hyla, Hyla omne sonaret; itemque cum alio;

S. Ambros. l. 3.  
Hexaem. cap. 5.

Constan tin.  
Magn. orat. ad Sanct.

Me

160 Cap. VII. Deum, etiam in  
Me miserū, quanti montes volnuntur aquarū.

## C A P V T . V I I .

In ipsis etiam Aquarum damnis, peri-  
culisque, Deum & iustum, &  
laudabilem esse.

§. I.

Aquarum vituperatores esse, qui ab aquis  
damna sunt paſsi.

Ioan. 2.5.

Athen. in  
Dipnos.

**S**unt etiam, qui voce, non mente,  
Prophetæ, clamat: Abiectus sum  
cōspectu oculorum tuorum. Circum-  
dederunt me aquæ, usq; ad animā, abyssus val-  
lavit me, pelagus operuit caput meum. Sunt  
qui mare fugiunt, qui flumina execrantur,  
qui, liberis fatales, puteos Diris deuouent;  
qui mille coaceruant, in aquam, accusa-  
tiones. Descenderat Stratonicus Musicus, Pel-  
læ, ad puteum: ibi haurientes rogauit: Num  
effet aqua potabilis? cùm dixissent: Nos istam  
bibimus: Non est igitur, inquit, potabilis. quia  
illos videbat pallidos vultu luridosq;; quod  
interpretabatur malæ valetudinis argumé-  
tum, quam eos existimabat non aliunde, nil  
ex aqua contraxisse. In effectu cauſam non  
falsa ſuafione reprehendit: Quod plurimi  
faciunt, non ſolum vini potores, & aquæ o-  
ſores;